



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Abbates Casinenses Teani residentes. cap. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

Quæ nobis procurantibus excusa est Romæ anno 1590. in tertio poematum uolumine D. Prosperi Martinengi monachi Casinensis, simul, cum aliis duobus Poetis, qui nondum erant impressi.

Abbatēs Casinenses Teani residentes. Cap. VI.



ANGELARIUS, Abbas Casinensis XX. Teani ubi Monachi Casinenses confugerant post desolationē sui Monasterii, ex Præposito Monasterii creatus anno 884. ibidem primus præfuit annis quinque & mensibus aliquot: & postmodum Episcopo Teanensi defuncto, Episcopus illius ciuitatis factus, post aliquot annos ibidem obiit nonis Decembris.

Ragēprandus Abbas Teanensis II. Casinensis XXI. creatus anno 890. octauo Idus Ianuarij, præfuit monasterio Teanensi annis nouē, & mensibus 10. Obiit 8. Idus Nouembris anno 900. Vacauit Abbatia menses 2. dies 9. & Teani sepultus est.

Leo, Abbas Teanensis III. Cas. XXII. creatus anno 901. die 17. Ianuarij, præfuit ann. 15. mensibus 7. Obijt anno 916. die 17. Augusti, & Teani sepultus est. Vacauit Abbatia dies 13.

Abbatēs Casinenses Capuæ residentes. Cap. VII.



SANCTVS Ioannes nobilis Capuanus, ex Archidiacono Capuano ob morum grauitatem pridie calend. Septembris anno 916. electus Abbas XXIII. præfuit Capuæ annis 18. & mensibus 7. Obiit ibidē pridie cal. Aprilis, ubi & sepultus est A.C. 934. Scripsit de persecutione cœnobij Casinensis, & miraculis in eo factis historiam breuem, sed utilem.

Adelpertus, Abbas XXIII. Casinensis, & Capuanus. II. creatus anno 934. dieb. 6. Aprilis, præfuit apud Capuanum cœnobium an. 9. In eodem autem monasterio moriens sepulturam meruit, anno 943.

Balduinus Gallus, Abbas XXV. creatus anno 943. præfuit apud idē Monasterium an. 2. tandem ob insolentiam pulsus est, anno 945.

Maielpotus, Abbas XXVI. creatus ann. 945. præfuit annis 6. Obiit anno 950. & Casini sepultus est.

Abbatēs